



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 23. Sessio septima. Res inter Maximum & Juvenalem componitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sextæ sequuntur, & Pelagius Papa affirmat, si omnia accurate pensentur, dictos Canones illius Sessionis partem esse, quod alia dies non fuerit apposita, & Episcoporum præsentium nomina non conspiciantur. His observatis (fuisse autem observatu digna, docebunt secutura) Sessiones Concilii Calcedonensis secundum Editiones vulgares referre prosequar.

Sæculum V.  
A.C. 451.

Conc. p. 630.

§. XXIII.

*sessio septima. Res inter Maximum, & Juvenalem componitur.*

Concilii Calcedonensis Actus tres visuntur, qui pro septima, octava & nona Sessione habentur. In septima Magistratus dixerunt: *Imperator, Episcopis Maximo, & Juvenale suppliciter rogantibus, nobis mandavit, ut de Causa ipsorum cognosceremus. Ambo congressi, Pactum viva voce inierunt, quod nobis ab æquitate minime alienum videtur. Necessarium duximus, ut id ad Concilium referrent, & omnia vestro Consensu firmarentur. Maximus Antiochenus dixit: postquam diu tenuisset contentio, tandem inter Reverendissimum Episcopum Juvenalem, & me, convenit, ut S. Petri Sedi Antiochenæ utraque Phœnicia, & Arabia, Sedi vero Ierosolymitanæ triplex Palæstina, subjiciantur. Rogamus, ut istud Pactum, scripto Vestræ Amplitudinis, & Concilii Decreto,*

p. 613.

p. 616.

Rr 4

to,

Sæculum V. *to, ratum habeatur.* Juvenalis Jerosoly-  
 A C. 451. mitanus dixit: *consentio, ut illa Diœcesis,*

*in qua Christus resurrexit, triplici Pala-*  
*estina, Antiochena autem utraque Phœni-*  
*cia, & Arabia claudatur, peto, ut id vo-*  
*cibus vestris confirmetur.* Legati, Ana-

p. 617. *Metropolitæ alii, hanc conventionem*  
*confirmandam esse censuerunt, omnes*  
*ceteri Episcopi acclamando consenserunt,*  
*& Magistratus sua Auctoritate accesserunt.* Hujus litis origo in eo quaerenda,

Sup. XXV. *quod Juvenalis Jerosolymitanus in Con-*  
 §. 59. *cilio Ephesino molitus fuerat, & cui S. Cy-*  
*rillus, ut narravimus, se opposuit.*

## §. XXIV.

*Sessio octava. Theodoretus restituitur.*

Sessionis octavæ Materia Theodoretus  
 fuit. Episcopi exclamarunt: *Theodo-*  
 p. 620. *retus, hic stans, anathematizet Nestorium!*  
 Theodoretus dixit: *Libellum unum tra-*  
*didi Imperatori, & Libellos alios Archi-*  
*episcopi Leonis Legatis; prælegentur vo-*  
*bis, si placeat audire; inde quid sentiam,*  
*cognoscetis.* Episcopi exclamarunt: *No-*  
*lumus, ut quidquam legatur! anathemati-*  
*za Nestorium!* Theodoretus: *ego, Deo*  
*sint Laudes! inter Catholicos educatus, &*  
*Doctrinam Catholicam edoctus, eandem*  
*predicavi. Non solum Nestorium, &*  
*Eutychem, sed omnes, quicumque male sen-*  
*tiant,*